

Alio tñ mō excogitari pōt progressus in infinitū in causis per se subordinatis intermedii, ita tñ vt oēs sub aliqua prima, seu prorsus independentē continētur. Probabile est enim, q̄ inter eā proximam & primam sint aliquae causae vniuer sales mediae per se subordinatae, vel salte non repugnata fieri. Rursum numerus causarum, quae inter supremā & proximā intercedere possunt, nō est omnino fixus & determinatus, praesertim in ordine ad potentiam absolutam Dei: p̄. n. Deus facere, vt illae causae intermediae sint tres, vel quatuor, vel plures in quocunq; numero, licet in infinitū procedat. Hinc ergo possit aliquis vterius progredi, & dicere, posse Deū infinitas eas intermedias & p̄ se subordinatas cōlere, ad quib. effectus causae proximae pendet, vt v.g. infinitos celos, aut angelos, atq; hoc mō non esse impossibilem processum ī infinitū in causis per se subordinatis sub vna prima. Atq; in hoc quidē seūsi difficile est probare hunc processū esse impossibilem, maxime ex illa rōne, q̄ infinitum pertransiri nō possit, aut q̄ nō possit inchoari actio: Contra hoc. n. recte vt procedere rō superius facta, q̄ sine successione, p̄ simultaneū cōcursum simul possit actio progredi ad oib. illis causis, maxime inchoante actione prima q̄ possit oēs alias ad operatū mouere, vel adiunare, et si essent infinitae. Neq; et sufficienter ostēditur hoc impossibile, ex eo q̄ inter duos extremos terminos (quales sunt cā prima & proxima) nō vt esse possibilis progressio in infinitum, aut multatudo infinita causarū, cū fiatū sit, quod terminis seu extremis clauditur: hoc. n. est verum in magnitudine continua, non verō in multitudine, praesertim qñ extremae sunt diuersarum rationū & maxime, si alterū illorū infinitū sit: sic. n. certū est inter infinitū angelum & Deū posse in infinitū species substantiarū intellectualū multiplicari: vnde si tota collectio illarum specierū fin gatur in re posita, esset infinita multatudo cōtenta inter illa duo extrema: contenta (in q̄) non numero, sed perfectione. Sic igitur excogitari possit infinita multatudo causarum per se subordinatarum.

XXXI.

Veruntū, quidquid sit de possibilitate huius fictionis, ea nihil obstat demonstrationi intentae, quia iam illa supponit aliq̄ primā causam, seu primum ens independentē. Deinde, et si ille infinitus causarū concursus esset possibilis, praeter oēm rōnem fingeretur de facto dari in causis per se subordinatis, quia nec pōt ostendi necessarius, nec; in reb. pōt inueniri aliquid signum aut vestigiū talis multitudinis aut influxus infiniti: maxime cum valde probabile sit, vt in superiorib. dicebā, non dari causas propriē per se subordinatas, id est totales in suo ordine, & immediate influentes in singulas actiones, praeter propriam seu proximā causam, & primam seu supremam. Deniq; licet illa multatudo causarū actū infinita ex precisa rōne causandi forte nō possit demonstrari impossibilis, ex ipsa rōne multitudinis actū infinitae probabilis est esse impossibilem. Illud et difficillimū intellectū est, q̄ in eo casu nulla possit assignari cā creata proximē subordinata Deo, id est, inter q̄ & Deum nulla perfectior intercedat: & consequenter nulla et assignari possit, quae a solo Deo in agendo penderet. Sed haec & similia (vt video) instau possunt in reb. seu causis possibilibus. Non est tñ eadem rō, quia possibilia sicut sunt in potē

tia tantum, ita esse potest infinita syncategorematicē, vt aiunt, seu interterminatae: verō quae actū sunt facta, debent esse determinata, & idcō impossibile est intelligere causas actū subordinatas sub prima, quin deur in eis aliqua, quae proximae procedat, aut pendeat a sola prima, & ita non poterit inter primam & vltimam esse in fine. Veruntamen haec nos immergunt in materiam de infinito, quae infinita est, & idcō illa praetereo, ut a proposito diuertam.

Ex his vterius facile constare pōt, quid dicendum sit ī causis per accidens subordinatis: eadē. n. distinctione respondendum est, nā si intelligatur de infinito processū non contento sub vna causa priori, independentē a tali erie causarum, esse plane impossibile ille progressus in infinitū, qd eadem rōne proportionate applicata ostendi potest quia si nullus est hoīum, qui non pendeat, & factus sit, ergo tota collectio hoīum, seu tota species humana pendet & facta est, ergo necesse est vt pendeat & facta sit ab alia cā superiori non contenta intra speciem humanā, ergo et si fingatur, le rōne hominum procedant inter se esse infinita intra suā speciem, nihilominus sumpta tota collectio, necesse est habere causā superiorem. Atq; ita procediēdo, vel ab vno individuo ad aliud, vel ab vna specie facta ad aliam factam, tandem erit necessario sitendum in re omnino nō facta.

XXXII.

Quae rō euidētior adhuc est, qñ hic processus in causis per accidens est inter individua eiusdem speciei, nā si vnum individuum tale est vt ex se nō habeat esse, nisi a cā agente illud recipiat, fieri nō pōt vt aliud individuum eiusdem speciei habeat ex se esse prorsus independentē, & non cōsecutum ab aliqua cā agente, nam habere esse ex se, vel tñ ab alio, sunt differentia seu modi ensi plusquam genere diuersi, nam si ens corruptibile & incorruptibile differunt essentialiter, & genere, teste Arist. 10. Metaph. multo magis ens factum & nō factum, pendens, & independentē, nō hoc simpliciter necessarium est, illud vērō minimē, vt in disp. superioribus declarauit, est, cū ergo individua eiusdem speciei sint eiusdem essentiae, fieri non pōt vt vnū habeat esse receptū, & nō aliud, ergo necesse est vt tota species, totaq; collectio individuoū habeat vt se receptū, ergo ab alio non cōtento in illa specie, ergo nō pōt in his individuis ita in infinitū procedi in dependentia, seu dimanatione vnius ab alio, sed si fidē necessario est in aliquo nō depēdētē, nec dimanāte ab aliquo idiu duo illius speciei, & cōsequenter neq; a tota specie, quia species nō agit nisi per individua. Et tūc processū vltimus erit de illa superiori cā interrogando, an sit simpliciter independentē, nā si talis est, ipsa est illud ens increatū, qd inquirimus, si verō est depēdētē, vterius in quarendum erit de cā a qua pendet, donec sistatur in cā omnino independentē, quia non pōt in infinitum procedi, p̄ rōnem datam, q̄ tota collectio causarum aut rerum nō pōt esse depēdētē.

XXXIII.

De causis per accidens subordinatis.

XXXII.

At verō processus in infinitū in causis per accidens subordinatis, manantibus seu dependentibus ab vna superiori causa, iuxta Aristotelis sententiam, non solum non repugnat, verum et necessarius est ad perpetuā generationū successione & durationē, & iuxta multorū Catholicorum sen-